

lit, Apostolus dicit, Nox præcessit, dies autem appropinquavit^{ce}
 (Rom. XIII, 12). Præcessit, inquit, nox, non, sequitur, ut intelligas^{ce}
 superveniente Christi lumine & Diaboli tenebras effugari, & pec-^{ce}
 catorum obscura non subsequi, & jugi splendore præteritas cali-^{ce}
 gines depelli, surrepentia delicta prohiberi,^{ce} Jam probat univer-
 salitatem hujus lucis Christi per distributionem trium specierum,
 quam eandem quoq; adhibuit *Paulus Philipp. II, 10.* "Nam quòd"
 hic dies Christus cœlum, terram, tartarumq; collustret, Scriptu-^{ce}
 ra testatur. Quòd enim super terram fulgeat, dicit Johannes (c. I, 9.)
 Erat lux vera (*Verbum nempe caro factum*) quæ illuminat omnem^{ce}
 hominem venientem in hunc mundum. Quòd in inferno luceat,^{ce}
 ait Propheta (*Jes. IX, 2.*) Qui sedebant in regione umbræ mortis,^{ce}
 lux orta est illis. Quòd in cœlis iste permaneat, refert David di-^{ce}
 cens, Ponam in sæculum sæculi semen ejus, & sedem ejus sicut dies^{ce}
 cœli (*Psal. XCIX, 30.*)

Pergit jam ex intervallo Episcopus, atq; hoc modo concludit: Sicut,
 ergo diem cœli nox omninò non sequitur, ita & Christi justitiã pec-
 catorum tenebræ non sequuntur. Semper enim dies cœli splendet, lucet,
 & fulget, neq; aliquã potest obscuritate concludi; ita & lumen Christi,
 semper micat, radiat & coruscat, nec aliquã potest delictorum caligine,
 compræhendi. Unde ait Evangelista Johannes (*Cap. I, 5.*) Et lux in te-
 nebris lucet, & tenebræ eam non compræhenderunt. In resurrectione^{ce}
 ergò Christi elementa omnia gloriantur. Hoc porrò probat præprimis
 ab exemplo solis, & illustrat ab oppositis. Nam & solem ipsum, inquit^{ce}
 arbitror esse in hâc die solito clariorem: (non longè abit h. l. opinio illa
 sive superstitio nimis credulæ turbæ de *salibus solis in die Paschatos*,
 quam falsè, ut alia talia plura, deridet *Laurembergius Centur. II. Acerr.*
Pbilolog. 35. eamq; tangit *Thomas Sagittarius Exercit. Pbyfic VI. tb. 17.*
 ubi quoq; ad alia nos sua remittit, itemq; *Scaliger. adducit Exercit. LXIII, 1.*
 Videndus & *Bartholinus Exercit. de Stellar. Natur. §. 377. seqq Sperling.*
Instit. Pbyfic. I. III. c. 4 q. 3. & c.) Necesse est enim ut Sol in ejus resurrecti-^{ce}
 one gaudeat, in cujus passione condoluit, & cujus mortem lugubri quã^{ce}
 dam caligine profecutus est, ejusdem vitam nitidioris lucis splendore sus-^{ce}
 ci-